



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 181. Alphonsus Felicis obsequio addictus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

negotio diu deliberatum, conclusum ni- Sæcul. XV.  
hil est, illis contendentibus, honoraria, A.C. 1441.  
quæ exegissent, nequaquam limites a \_\_\_\_\_  
Joanne XXI. summo Pontifice decretos  
excedere.

§. CLXXXI.

*Alphonsus Felicis obsequio additus.*

**D**elatæ sunt Mense Octobri ad Basileen-  
sis Synodi Patres literæ, quibus Al- Aug. Patriæ  
p. 1596.  
phonsus sex regna sua Felicis obedientiæ  
submittebat, simulque fidem dabat, se  
multa alia, eaque longe ampliora præsti-  
turum, si ad eum Legatus a latere decer-  
neretur. Ergo Joannes de Segovia di-  
ctus Cardinalis S. Calixti hoc dignitatis  
gradu auctus est, dataque eidem per uni-  
versam Italiam & adjacentes Insulas am-  
plissima potestas. Præcipue eo decerne-  
batur, ut in ipsis Provinciis tum Basileen-  
sis Synodi æquitatem deprædicaret,  
& ad obedientiam Felicis Papæ quos-  
cunque alliceret, tum denique, ut Al-  
phonsum inter & Renatum Andegaven-  
sem, pacis conciliatorem ageret.

§. CLXXXII.

*Bohemorum Oratorum postulata.*

**U**ltima jam Mensis Octobris fluebat  
dies, cum Pragensis civitatis, & Ul-  
Tt 2 rici